



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 58. Rosarii libri in Guisiorum favorem scripti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

ditorum venerationem sibi conciliaret: Sæcul.XVI.  
 hanc in rem Parisiis Flagellantum So- A.C.1583.  
 dalitatem instituit, ipsusque istorum  
 conventui unacum omnibus Nobilibus  
 interfuit: primam vero supplicationem  
 die vigesima quinta Martii in festo Beatæ  
 Virginis annuntiatæ celebravit: cum  
 vero quidam celebris Theologus no-  
 mine Petrus Poncetus ex suggestu ad-  
 versus hæc pietatis studia liberius de-  
 clamaret, atque in eos tanquam Hypo-  
 critas, qui sub pietatis larva vitia sua vela-  
 re satagerent, vehementius insurgeter,  
 exilio multatus Melodunum ad Abba-  
 tiam sancti Petri, ubi professus erat, rele-  
 gatus est: præterea ea nocte, quæ Pa-  
 rasceves diem præcedebat, seu septi-  
 ma Aprilis eadem supplicatio accensis  
 facibus denuo instituta est, cui etiam  
 Rex interfuit, ac nonnulli ex carissi-  
 mis Regis clientibus feso flagris cruen-  
 tabant, ubi Georgius Joyousa Sandi-  
 zierus Annæi Joyousæ Frater, cum nu-  
 dipes incederet, morbum contraxit, quo  
 etiam mortuus est.

§. LVIII.

*Rosarii libri in Guisorum favorem  
 scripti.*

**S**ub idem ferme tempus Franciscus *Journal.l.c.*  
 Rosarius Tullenensis Archidiaconus *pag. 62.*  
 jussu Regis in eadem urbe comprehen-  
 debatur,

**Sæcul. XVI.** debatur, atque ad carceres, quos **Ba-**  
**A.C. 1583.** ~~stillam~~ vocant, abducebatur, occasione  
 quæsita ex quodam libro, quem sub  
 hoc titulo: *Tomi septem stemmatum Lo-*  
*tharingicæ, & Barri Ducum evulgasse*  
 credebatur: igitur hic idem accusaba-  
 tur, quod hoc opus non modo plures  
 Lotharingiis prærogativas contra hi-  
 storiæ veritatem tribueret, sed etiam  
 non pauca dignitati regiæ contraria  
 exhiberet: eapropter die vigesima sexta  
 Augusti in Luperæ Palatio præsentibus  
**Carolo** Lotharingio Duce, Guisio, &  
**Cenomanensi** Ducibus, ac Guesta Regii  
**Senatus** Præside, aliisque in pleno con-  
 fessu comparere jussus in genua procum-  
 bebat, ac sese contra regiam suam Ma-  
 jestatem plura scripsisse fassus, delicti  
 sui veniam sibi indulgeri efflagitabat:  
 deprecante autem pro ipso Regina Ma-  
 tre Rex pœnam remisit, lacerato dun-  
 taxat ipsius Auctoris tum præsentis  
 libro, quin tamen ea res adhibitis juris  
 solemnitatibus fieret, ut Lotharingicæ  
 familiæ nomini parceretur: nihilomi-  
 nus Rex Pontio Thiardo Bissio postea  
**Cabillonensi** Episcopo negotium dede-  
 rat, ut alium confutaret libellum, in  
 quo Lotharingii Duces a Carolo Duce,  
 Rex vero a Carolovingis ortum ducere  
 dicebatur, pluraque indigna contra  
**Capeti genus, quod in Galliis ultra sex-**  
 centos

Ba-  
sione  
sub  
Lo-  
gasse  
aba-  
ures  
hi-  
iam  
aria  
exta  
bus  
&  
egii  
con-  
um-  
Ma-  
dicti  
at:  
Ma-  
un-  
tis  
aris  
cæ  
ni-  
tea  
de-  
in  
ce,  
ere  
tra  
ex-  
os

centos retro annos regnabat, propone-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1583.

§. LIX.

*Procerum Conventus in oppido sancti  
Germani in Laja habitus*

Mense Septembri Galliarum Rex Re-

*Thuan. l. 78.*

gni Principum comitia ad oppi-  
dum sancti Germani in Laja indixit,  
ad quæ Principes, Regni Proceres,  
sanctiorisque Senatus Consiliarii, ac  
Parisienſis Curiæ Deputati jussu Regis  
convenerant: porro dato sessionibus  
initio Delegati in tres distribuebantur  
classes, quibus regii Sanguinis Prin-  
cipes præerant, qui omnes articulos  
ad certa capita redigerent, tam pro  
sacro ordine, & nobilitate reformanda  
quam pro administranda justitia, &  
civilis administratione, atque ærario rite  
disponendo, adeo, ut hæc capita post  
ordinum decretum legis vim haberent:  
Præsides vero sententiam suam scripto  
comprehensam ad Regem deferrent:  
igitur November totus, ac sequens men-  
sis usque ad exitum anni his delibera-  
tionibus insumptus est, ubi præprimis  
propositum, ut non officia vœnum daren-  
tur, pænæ autem statuerentur in eos,  
qui nova tributa imponerent, novam-  
que officiorum creationem fuggererent,  
ac insuper a regio Senatu illi, qui regii

*Hist. Eccles. Tom. L.*

H æra-